Capitula missa à Clemente VII ad Cesarem 1530. Mense Novembri in Flandriam per Cpum Dertonen. cum responso Cesaris.

Si indibitur M.ti Cas.e omnibus riti et recti privatis convocandum Concilium S. D. N. et sacrum Collegium adjiciunt conditiones.

Ces.a M.tas in his quæ spectant ad indictionem Concilij refert se ad ea quæ Pr.mis Legatis et Cpo Vasionen et Dertonen dicta sunt, et quæ S. M.tas ad agentes suos S. D. N. exponenda scribit.

Primo quod Concilium indicatur, et fiat tantum super negotio Belli Turcici, et reductione Lut.rum extinctione hæresum ac perseverantium et punito.

Pro observatione ritus a Jure statuti et Sacrorum in Sacris Concilijs observati ne contendi aut calumniandi Concilium occasio præbeatur, videtur magis convenire, ut simpliciter et absq; ulla restrictione convocatur eo atti congregato S. D. N. ne quid in eo proponi du aut tractandum sit, poterit prohibere.

Secundo quod Cas.a M.tas personaliter debeat interesse a principio ad finem et ipso dere: dente intelligatur Concilium dissolutum.

Quoniam Concilium hoc iamdudum propositum et postulatum extitit, facili discurri possunt dilationis incommoda, quod si oratio in dicendo bona et verus concludi iuxta exigentiam præsentis necessitatis capiatur, Cas.a M.tas postpositis cibus suis privatis quam libentissime in Concilio adsit, et adsistat, quamdiu eiusdem Synodi bonæ definitioni videbitur.

Tertio, quod Concilium fiat in Italia et non alibi, ⁊ in altero locorum aliàs per S. S.tem nominatorum.

Quod ad locum attinet, S. M.tas pro parte sua omnia loca per S. D. N. proposita laudat et probat. Principes autem Germaniæ et alij eiusdem Nationis institerunt, ut Mantua vel Mediolani fiat, quæ loca cæteris Principibus et Potentatibus videntur non incommoda.

Quarto, quod nullus det vocem diffinitiuam nisi qui suam dispositionem Sacrorum canonum hæc deberet.